



Staats- und  
Universitätsbibliothek  
Bremen



## **Staats- und Universitätsbibliothek Bremen**

**DFG-Projekt "Digitalisierung und Erschließung des Nachlasses des  
Ägyptologen Adolf Erman (1854-1937)"**

### **Brief von S. H. Rodriguez an Adolf Erman**

**Rodriguez, S. H.**

**Astorga, 21.08.1924**

---

Nachweis dieses Dokuments im [Kalliope-Verbund](#)

[urn:nbn:de:gbv:46:1-99136](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:46:1-99136)

J. M. J. A. T.

PP. REDENTORISTAS

ASTORGA

(LEÓN)

Clmo. Prof. Dr. H. Erman

Berlin.

Clmo. Professor: Aliquot abhinc diebus ad te char-  
tulam misi ut tibi gratias agerem ob opuscula praeclara a te mihi oblata, in eaque pol-  
licitus sum hispanicam versionem libri aegyptii. Hanc autem tibi hodie mitto in testimonium  
grati animi.

Tres continet partes: prima introductiunculam exponit; altera versionem libri Amen-em-ope  
offert; ultima vero eundem cum Proverbiis confert, vel potius quaedam consuetaria seducit ex il-  
la collatione.

In prima et altera parte te omnino secutus sum, ita ut aliud non sit quam simplex trans-  
latio. In tertia autem meam expono opinionem, postquam tuam summam retuli.

Ex capita praecipua sententiae quam probo:

- 1<sup>o</sup> Nihil obstat quominus auctor hebraicus cognoverit librum aegyptiacum, ex eoque aliqua desumpsit.
- 2<sup>o</sup> Liber aegyptiacus videtur esse corruptus et interpolatus, maxime in his in quibus conformior est hebraico.
- 3<sup>o</sup> Ordo est imperfectus nec materiam respondet.
- 4<sup>o</sup> Divisio libri in 30 capita non fuit primaria, sed arbitraria, immo posterior videtur.
- 5<sup>o</sup> Probabilius est Amen-em-ope imitatore fuisse Salomonis tum in re tum in modo expositionis.
- 6<sup>o</sup> Rationi consonum videtur Salomonem introduxisse formam literariam, si cupis opuscula moralia consilia  
continentia in 30 capita vel quasi capita dividerentur, et sic explicandam esse hanc Amen-em-ope divisionem  
et illud Proverborum III 15.

Non nego, clme. Professor, haec omnia seducta esse e solis rationibus interis; nam alia  
mibi non sunt, v. gr. illa quae ex aliis libris aegyptiacis desumenda forent.

Quod attinet ad opinionem in ultimo numero expositam, conjecturam Suci ex numero para-  
bolarum Salomonis, ex illo Proverborum et ex libro Amen-em-ape (eo quod divisio libri aegyptia-  
ci non explicatur nisi ob formam specialem literariam sequendam).

Accipias, quaeo, munusculum meum in testimonium reverentiae discipuli in magistrum.

t. t.

J. M. Rodriguez

C. 85. R